

dam progredi mur. Siftitur, ea definitione, quæ exinde τῆς ἐπίτης
γνώσεως Stagaritæ 2. post. c. 3. audit.

§. 7.

Definitur autem à diversis diversimodè. Nos cum præ-
laudato Stagaritâ Lib. 6. Nic. c. 5. eandem sic definimus: Η
Φρόνησις ἐστὶν ἐξὶς ἀληθῆς μετὰ λόγου πρακτικῆς περὶ τὰ ἀνθρώ-
πω ἀγαθὰ καὶ κακὰ. Prudentia est habitus cum reâ ratione
activus circa ea, quæ homini bona sunt & mala. Hanc defini-
paucis evolvemus.

§. 8.

Genus ergò constituimus *Habitum*, his inducti rationibus
(1.) quia prudentia est virtus. Sicut autem de virtute dicitur,
quod sit *Habitus*, ita de *Prudentia* idem affirmatur. Nam
quicquid affirmatur de genere universaliter, affirmatur etiam
de specie, quæ sub genere continetur. Atqui de virtute in ge-
nere affirmatur, quod sit *Habitus*, 2. *Ethic. c. 6. E.* (2.) quia est
virtus mentis. Jam verò *Philosophus 2. Ethic. c. 4. tria sunt, ait,*
in animo: πάθη, δυνάμεις, ἐξεις. Horum ergò aliquid erit *pru-*
dentia. Non autem est πάθος sive affectus. (1.) affectus enim
cuique insunt à naturâ: prudentia non item, sed doctrinâ & expe-
rientia compar. E. Prudentia non est affectus. (2.) πάθη nec
laudi nobis cedunt, nec vitio: propter prudentiam verò meremur
laudem. E. Major probatur. Non enim qui lætatur, vel alio
quodam affectu cietur, statim inde laudatur, aut vituperatur.
Minor per se patet. Neque est δύναμις sive facultas. Facul-
tates enim itidem naturaliter nobis insunt; prudentia non item,
ut ostensum. E. (2.) propter facultatem nec boni dicimur, nec
laudamur, propter prudentiam verò dicimur boni & laudamur.
E. Relinquitur itaque, quod sit *habitus*, & quidem *intellectualis*.

§. 9.

Sed hîc objiciunt (1.) Prudentia non est in intellectu. E. non
est virtus intellectualis. Antecedens probant, quia quicquid
in intellectu residet, illud oblivione sepeliri potest. At verò Pru-
dentia per oblivionem deleri non potest, teste *Aristotele libr. 6.*
Ethic. c. 5. ἡ λήθη Φρονήσεως οὐ ἐστὶ. E. prudentia non est virtus
intellectualis. At hoc Resp. negando antecedens, quod non
univer-